



Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismvs
Catholicus, summam Christianæ institutionis IIII. libris
succinctim complectens**

Klinge, Konrad

Coloniae, 1570

VD16 K 1309

3. Quae sit potestas Papae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29452

G.

confession
ret tribulan

ia, nec pott
Vnde tou

ioritatem in

apam pral.
at diabolum

turus vanat

e, ideo ut esse
x doctrinę

n quem om
bulationum,

Sic tamen et

presentat se.

onstituat, sc

ea per suu

ali modo vult

am. Sic Deu

biguis nego

i generis, cl

utero. 17. Na

Aduet satis, ca

r scripturam

sicut patet id

et corpus me

ram, hic sim

æ cum verbo

&cæt. Mat

dicium seu ma

c uniformite

pos debemus

Christus. Se

consuluerunt

cis & Episco

vt inquit S.

Cyprianus

LIB. III. CAP. VI. 387

Cyprianus. Nam hæc est astutia Sathanæ, vt primū caput contemptui reddat subditis, quo deindè possit liberius in oves ferocire: grauissimè ergo peccant, qui ex contemptu pontificis recusant obedire Ecclesiæ, & vili pendunt statuta & bonas ordinationes: nā Deus non frustra contulit illi superioritatē, & est ordinatio diuina. Qui igitur tali ordinatiōni resistit, Deo resistit, Romanor. 13. & communiter accipiunt condignām pœnam tam in hoc quām in futuro seculo. Qui enim pacem Ecclesiæ amant, qui cupiunt disciplinam & timorem Domini in populo, illi se non separant ab obedientia prælati Ecclesiæ, sicut apostolæ faciunt & hæretici.

Tertio, potestas Papæ est, de qua sentit Ecclesia, quod Petro singulariter dicitur Matth. 16. Tibi dabo claves regni cœlorum: non inquit, Dabo Ecclesiæ, vt illa tibias committat, sed tibi dabo &c. vndē Petri authoritas magis se extendit, quām reliquorū Apostolorum, Sacerdotū, Episcoporū &c. Nam licet alioqui omnes pares sint in absoluendo à culpa & pœna æterna, & hoc virtute passionis Christi, tamen quoad temporariam pœnam, quam etiam dimissa culpa Deus exigit, se solius Papæ authoritas extendit, remittendo culpam & pœnā. Sed quod dimissa culpa Deus adhuc exigit pœnam temporariam, patet in Adam Gene. 3. vbi ei dicitur, In sudore vultus tui comedes panem tuum: & vxori, In dolore paries filios tuos, & 2. Regū 12. in Davide, vbi etsi Dominus transtulit peccatum, id est, culpam, tamen flagellum, id est pœna temporaria, non recessit à domo eius. In novo testamento exiguntur etiam post absolutionem digni fructus pœnitentie, Matt. 3. & Apostolus ait: Si nos ipsos iudicaremus, non utique iudicaremur, 1. Cor. 11. & Rom. 6. Sicut exhibuistis, membra vestra &c. præcipiuntur enim post absolutionem digni fructus pœnitentie ad delendam & mitigandam illam pœnam.

nam temporariam, & sic docetur satisfactio largida per opera bona, ieiunium, orationem, eleemosynam, &c. In eum finem Ecclesia statuit canones penitentiales, ut satisficeret pro poena peccati, non pro culpa aut poena æterna peccati. Sic presbyter formando cogebatur pœnitere ad 10. annos, cuius forma & modus habetur 28. dist. ca. presbyter. Sic homicida 7. annos, causalis homicida 5. dist. 50. c. minor: matricida 10. annos, dist. 30. q. 3. interfector presbyteri 12. annos, Ext. de pœn. & remiss. c. 2. per iurum 40. dies in pane & aqua ieiunet, & 7. sequentes annos pœnitentia, 8. q. 1. quicunque: item qui vtuntur falsa mensura, 30. dies in pane & aqua: qui blasphemaverit Deum vel Sanctorum aliquem, 7. dies Dominicos præ foribus Ecclesiæ stabit sine calceamentis, & funem in collo habeat, ext. de malef. c. Statutus: qui communionem scienter ab hæretico acciperit, 10. annos pœnitentia, 24. q. 1. Si quis dederit de qui scienter rebaptizatus fuerit, 7. annos &c. Eccl. talem rigorem habuit primitiva Ecclesia ad delendam pœnam temporariam, non culpam peccati aut pœnam æternam coram Deo, sed quando timor Domini defecit, & homines ex doctrina hæreticorum coeperunt contemnere pœnas peccatorum, volunt Papa consulere hominibus, & ne incommodarent saluti suę propter pœnam exoluendam, concessit suę potestate indulgentias ab his pœnis temporariis &c. quæ Ecclesia inflxit, non à pœnis natura, nec à cruce, quam Deus hominibus imposuit, sed quæ canones patrum dictarunt &c.

CAPVT VII.

ARGUMENTA.

1. *Quid sit & significet lauacrum regenerantis.*

2. *Quid*